Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift

in medio interrogabant. In qua uirtute aut
in quo nomine fecistis hoc uos? tunc petrus re
repletus spu sco dixit ad eos. Principes populi. et
seniores israel. si nos hodie diiudicamur in bene
facto hominis infirmi. in quo iste saluus factus
est. notum sit omnibus uobis. et omni plebi israel. quia
in nomine ihu xpi nazareni quem uos crucifi
xistis. quem ds suscitauit a mortuis. in hoc iste astat
coram uobis sanus. Hic est lapis qui reprobatus a uobis
edificantibus. qui factus est in capud anguli. et non
est in alio aliquo salus. nec enim nomen aliud
est sub celo datum hominibus. in quo oportet nos
saluos fieri. Videntes autem petri constantiam et iohan
nis. compto quod homines essent sine litteris et idi
ote admirabantur. et cognoscebant eos quo cum ihu
fuerant. hominem quoque uidentes stantem cum eis
qui curatus fuerat. nihil poterant contra dicere:
Iusserunt autem eos foras extra concilium secedere. et
conferebant adinuicem dicentes. Quid faciemus hi
bus hominibus istis? quoniam quidem notum signum
factum est per eos omnibus habitantibus; manifestum
est. et non possumus negare. sed ne amplius
diuulgetur in populum. comminemur eis ne ultra lo
quantur in nomine hoc ullo hominum. Consen
tientibus autem omnibus; et uocantes eos denuntiauerunt illis
eis ne omnino loquerentur neque; docerent in nomine ihu.
Petrus uero et iohs respondentes dixerunt ad eos. Si
iustum est in conspectu di. uos potius audire: quam
diu iudicate. Non enim possumus quod uidimus
et audiuimus non loqui. At illi comminantes dimi
serunt eos. non inuenientes quomodo punirent
eos. propter populum. quia omnis clarificabant. id quod
factum erat in eo qd acciderat. Annos. H. erat am
plius quadraginta. homo in quo factum erat signum